

FUSIO, est liquatio cujuscunque materiae fusilis per calorem ignis sæpè vehementissimi, ut fit in liquandis metallis & mineralibus; huic operi non raro follis adhibetur. B. Smeitinge.. G. Ein gusz, schmelzung. Gäll. *Fusion*. A. A Melting.

FUSTERNA, est superior pars Abietis, dicitur, quia nodosi solent esse fustes & baculi crebris nodis ut plurimum asperi, inferior pars vocatur è contra *Sapinea*.

G.

G Græcum γ Medicis Uncia est.

GAGATES, est Asphaltum eousque vi naturæ perfectum, ut evadat nigrum, durum, terrenum, scissile, politum, graveolens, resplendens: propter duritatem vocatur *Lapis Gagates*, vel *Thracius Nicandri*.

GALA, idem quod *Lac*.

GALACTOPHORI DUCTUS, propriè sunt *Vasa Lactea*, sive quæ chylum versus cor ex intestinis per mesenterium & ductum thoracicum ducunt. Item dicuntur Ductus lactiferi, chylum (ut quidam Neotericorum finixerunt) ab intestinis recta via ad glandulas mammarias ducentes: Rectius tamen hoc nomen arteriis imponitur, ex eo quod unà cum cruro chylum mammis advehunt, in quibus lac, ad infantis usum sequestratur. Sic quoque vocantur tubuli ex glandulis mammaria lac in papillas ducentes, ex γαλα lac, & φέρω porto, duco. B. Melkbuijen. G. Milch-gefäßse. Gall. *Les Conduits Laiteux*. A. The Milk-vessels.

GALACTOPHERA, medicamenta sunt, quæ lactis copiam uberrimam faciunt, & ad mammarias glandulas determinant. B. Melkmakende middelen. Gr. γαλακτοποιητικά, à γάλα & ποιέω.

GALACTOPOJECTICE FACULTAS, Gr. Δαναμις γαλακτοποιητική, nihil aliud est quam aptitudo ad sequestrandum lac: de lactis sequestratione vide in *Lac*.

GALANGA, radix est aromaticæ, colore saturo rubra, duplex est Major & Minor, sed minor majori melior est: nondum authores convenient de hac planta; quidam utramque speciem ad Iridum genus referre volunt ob radicis præsertim convenientiam, alii verò majorem tantum Iridibus accensēdam esse censem, minorem verò frutici folia myrtum æmulantia gerenti annumerandam, credunt.

Majoris radix crassior; intus alba, ex java & Malabar adducitur: minoris vero tenuior, nodosa intus & extra rubescens, sapore acris instar piperis, odore suavis; haec vero ex China adfertur & hujus major usus est in Med. Ex India & China nobis adferuntur: ita vocatur à voce Arabicâ Galingia. B. Galiga. G. Galgant. Gall. Galanga. A. Galangal.

GALBANETUM, est compositio Galbanum recipiens.

GALBANUM, est gummi, succus, aut lachryma Ferulae Syriacæ, quam *Metopium* vocant (quo nomine aliis gummi idem venit) intense flavum vel albidum, inflammabile; odore gravi Opopanacem referens, colore Tacamahacam. Optimum centetur cartilaginosum (alii granulatum volunt, sed rarissime ob molliorem in granis inveniuntur) flavum, sincerum, pinguè, non lignosum, quod infuse retineat nonnihil ex suis feminibus, & ipsis ferulæ fermentis, gravis & ingratior odoris, nec nimis humidum, nec nimis aridum, cum accenditurflammam nutrit. Dicitur & *Chalbanum*.

GALEA, est dolor capitidis, sic à loci similitudine datus, quod totum caput in modum Galeæ comprehendat.

GALEA, pertinet quoque ad vasa Chymica, est enim vis cui retorta imponitur, ex terra aut alia materia confectum, ne retorta, nisi mediatè, ab igne tangatur. B. *Een klapniutg.* G. Bappeln, ein helm. Gall. *Le Chapiteau.* A. Cap.

GALEA, etiam dicitur, quando caput foetus in lucem prodeuntis cum parte membranæ Amneos circumvestitur, cum Galea vulgo, *een Helm* / dicitur produisse. Sed si infans ex sexu fæminino fuerit, *Vitta* dicitur, de quibus obstetrices plurimas fabulas nugantur. Gall. *Né Coiffé*.

GALEGA, est planta, quæ plures habet caules tres pedes altos, striatos, excavatos, ramosos: folia pinnata, bina conjugata, affixa costæ, in impar folium terminata, saporis leguminosi: flores sunt in spicam congesti, leguminosi, coloris albi, aut violacei albescents: flori succedit filliqua teres & quasi cylindracea, fæta feminibus oblongis, & veluti reniformibus: radix exigua, alba, perennis: Hæc planta crescit in locis humidis, circa flumina. Dicunt esse vocem corruptam à Polygala, à Fracastorio vocatur herba Gallica, an indè nomen habeat? Lectori-
bus

bus judicandum relinquo. B. Geitenkruid. G. Geifzkraut.

A. Goates rue.

GALENICA MEDICINA, est quæ nititur fundamen-
tis Galeni, ideoque Galenici sunt qui artis suæ fundamen-
ta è Galeno, & philosophis petita, ratione probata, &
experiencia confirmata amplectuntur, & hoc duplice ~~et~~
~~re~~ verum à falso distingunt. Nituntur præcipue qua-
tuor elementis peripateticis, hinc illorum temperamenta,
humores &c. B. Galenische Medicine. G. Galenische
Artzeney. Gall. Medecine Galenique A. The Physick of
Galen.

GALIANCONES, sunt, qui ob capitis humeri in alam
prolapsum brachium iusto brevius & gracilis habent,
partes verò circa cubitum tumentiores mustelæque cubito
prædicti sunt, ideoque Mustelanei vocantur, à γαλήνη mu-
stela, & ἄρμονι cubitus. B. Kortarmig. G. Krummbein,
kurtz von armen. Gall. Qui ont les bras courts. A. Short-
ness of the Arm.

GALIOPSIS, vel GALLOPSIS, est species Urticæ
mortuæ, vel lamii, quæ habet multos caules quadratos;
folia ejus Marrubium referunt; flos est pulcher, coloris
flavi, & multis punctis coloris croci notatus: flori suc-
cedunt feminæ oblongæ, in capsula, quæ flori tanquam
calix infervivit, contenta; haec capsula in quinque partes
divisa, infundibulum refert: Hæc planta crescit circa ri-
pas & in montibus. A γαλίας ὑπερ, facie & rictu muste-
læ, vel est nomen ex Græco & Latino compositum, quod
ejus flores prorsus Galeæ aspectum referant. Hujus sunt
variae species. B. Duobe netelen. G. Tode nessel, taub-
nessel. Gall. Ortie morte. A. Dead nettle.

GALLA, est tuberculum quoddam rotundum, foliis
quercinis accrescens instar spuriæ fructus. Muscarum quæ-
dam species est, quæ ova sua intra folia recondunt, &
una cum folio crescunt: ex ovis deinde fiunt vermiculi,
qui interiorem folii partem rodunt, & inde nascitur quasi
folii scirrus, qui intumescens Gallam repræsentat. Si la-
tè sumatur, tubercula quoque denotarent, quæ in foliis
Salicis, Cynosbati, Hederæ terrestris, viticis &c. con-
spiciuntur, quæ & eodem modo producuntur, Gr. κάκις
dicta, fortè à κάκη id est, fuligine, quod Gallarum, pan-
nis nigro colore tingendis, magnus usus sit. B. Gainoten.

G. Eychapffell, Gallapffell. Gall. *Nois de Galle.* A. A oak-apple.

GALLICUS MORBUS, vide *Lues venerea*.

GALLINAGINIS CAPUT, vide *Caput Gallinaginis*.

GALLITRICHUM, rectius *callitrichum*, penult.corr.

quia à τριχή τριχός.

**Ευχέτης ἀπαρχόμενος, καφαλῆς τρίχας εἰς πνεύσαλλαν. Hom. Od. 7. Inconvenienter officinæ gallitrichon appellant, cum nomen inde inveniat, quod καλλιτρίχος faciat τρίχων; quemadmodum nucis juglandis putamen *Dioscoridi* l. I. c. 141. καλλιτρίχον εἶται, id est, capillis pulchritudinem, & robur inducit. Accedit quod planta haec non *Apulejo* tantum, sed & *Plinio* callitrichon vocetur, l. 22. c. 21. quidam, inquit *callitrichon* vocant, *alii polytrichon*, utrumque ab effectu, tingit enim *capillum* &c. Inconvenientius, cum jubentur *callitrichum* capere officinæ, capiunt *horminum*, nam *callitrichum* ex adianthorum genere esse fidem facit *Plinius* l. 22. c. 21. Vide *Callitrichum*.*

GALLIUM, seu **GALIUM**, est Molluginis species, dicitur ἄπογάλα πυρίνον ἐνὶ πτυῖσι αὐτῷ, quod coaguli vice lac coagulet ac cogat. B. **Wal-stroh**. G. Weger-kraut, wald-stroh, unser-frauen bett-stroh, weg-stroh, leb-kraut. Gall. *Petit Muguet ou caille lait*. A. Ladies Bed-strow.

GALREDA, seu **GELATINA**, succus est inspissatus, viscosus, lucidus, fitque plerumque ex coctis partibus animalium cartilaginosis, v.g. ex pedibus vituli. B. **Gelei**/ **Lpm**/ **Lil**. G. Galerte. Gall. *Gelée*. A. Jelly.

GANGLION, est tumor in partibus tendinosis & nervosis, à casu, iictu, vel alias excitatus, renitens, in latera pressus non divertitur, nec in orbem circumagit, oriundus ab extravasata Lympha ex vasculis ruptis, intra vaginam tendinis hærente. Vocatur etiam corpusculum oblongum, olivare, durum, capsula veluti tectum, in qua moveri potest pressione digitorum, carnei utcunque coloris, substantia nervosa nodi instar, multis in locis corporis quibusdam nervis veluti circumnatum, ubi multi nervosi surculi coëunt; formatur ex concurso duorum vel plurium nervorum cum suis membranis. B. **Ein zenuw / knoop / pees-knoop**. G. Ein überbein, schne-knopp. Gall. *Ganglion ou noeud de Nerf*. A. A Tendinous knot, or tumor.

GAN-

GANGRENA, dicitur & *Ignis Persicus*, est mollis alicujus partis, cadaverosa corruptela, cum fætoris, nigrænis & mortificationis initio conjuncta, inflammationem consequens à *peccato* comedo. B. *Hect vuur*. G. Heifse brand, faul-fleisel, das wilde fleisch. Gall. & A. The Gangrene.

GARGARION, vide *Cion*, à γαργαλίω os colluo.

GARGARISMA, est Medicamentum liquidum, fauces & adjacentes partes, gargarizando, sine deglutitione colluens. Estque vel decoctum in quo syrapi convenientes solvuntur; vel aquæ defillata, quibus syrapi admixti, quandoque & spiritus minerales adduntur. Sed recentiores Medici, omnes syrups imò & acidos spiritus ex Medicina exturbant. Dicitur & *Gargarismus*, Collutio oris. Διατλυσια, à γαργαλίω os colluo. B. *Een gorgel-drank / gorgel-water / heel-spoeling*. G. Gurgel-wasser. Gall. *Gargarisme*. A. A Gargarisme.

GARGARISMUS, idem quod *Gargarisma*.

GARUM, dicitur liquamen ex pescibus sale conditis, aut maceratis paratum, ita vocatum à garo pisce.

GARYOPHYLLATA, vide *Caryophyllata*.

GARYOPHYLLI, idem quod *Caryophylli*.

GAS, *Helmontii* loquendi terminus est, & denotat spiritum non coagulabilem: vel spiritus est vitæ nostræ Lumen & Balsamus præservans à corruptione. *Gas pingue sulphureum*, quod enecat homines, præfertim in cryptis subterraneis: *Gas Silvestre*; *Gas Ventoſum*, quod aëris. *Gas Succum*, est sublimatum: *Gas cerevisiae*, est exhalans spiritus è dolis vel lacubus, quando fermentatur. *Gas Salinum* est aqua, item uvæ. Derivatur fortè à Belgico idiomate. B. *Gist / vel gest / aut geest*.

GASTER, Gr. *γαστήρ*, *Venter*. Interdùm totum abdomen denotat; non raro pro ventriculo tantum sumitur. Nonnunquam etiam pro utero habetur.

GASTRICUS SUCCUS, est pellucidus, tenuis, spumosus, leniter falsus succus, qui continuò ex acinis ventriculi glandulosis in ejus cavitatem, pro cibo solvendo, miscendo, & diluendo, stillat. B. *Maag-sap / maag-gest*. G. Magen-saft. Gall. *Suc de l'Estomac*. A. The Juyce of te stomach.

GASTROCNEMIUM, est sura, sive pars tibiæ posterior,

rior, unde ejus musculi à tumore ventricoso, *Gastrone-*
mii dicti sunt. Sic tibia dicitur *Anticnemium*, à *vener* ven-
ter, & *vivus* tibia. B. *De huit*. G. Die waden. Gall. *Le*
Gras de la jambe. A. The Calf.

GASTROCNEMII MUSCULI, sic vocantur duo,
orti à posteriori condylo externo ossis Femoris, ventrem
carnosum magnum constituentes, tendinem confundunt
cum aliis, qui Achillis dicitur, & inseritur calcaneo. B.
Hüftspieren. G. Der waden maus. Gall. *Muscles Gastron-*
nemius ou les Grands jumeaux. A. The muscles of the
Calf.

GASTROEPIPLOICA, est vena & arteria, quæ ad
ventriculum & omentum porrigitur, ex *vener* venter,
& *intestinorum* omentum. B. *Net en maag-baten*. G. Die
Netz und magen-gesäße. Gall. *Vaisseaux Gastro-Epiphloï-*
ques. A. The vessels of the cawl and the ventricle.

GASTRORHAPHIA, est connexio sive satura in vul-
neribus abdominis adhibenda; ex *vener* venter, & *perforata*
sutura. B. *Buhr hegting*. G. Der bauch naht. Gall. *Ga-*
stroraphie ou suture des playes du ventre. A. Suture of the
belly.

GASTROTOMIA, est sectio abdominis & uteri, uti
in cæsarea sectione, ex *vener* venter, & *rectum* feco. B.
Buhrsnypding. G. Bauchschniedung. Gall. *Gastrotomie ou*
section du ventre. A. Cutting of the belly.

GATTARIA, idem quod *Cattaria*.

GAUDIUM, est lætitia ex judicio boni acquisiti, vel
acquirendi; vel oblectatio orta à quadam perceptione. Gr.
 $\chiαρά$, *Euphorie*. B. *Blödschap*. G. Frœwde. Gall. & A.
Joye.

GELASINI, idem quod *Dentes Incisores*.

GEMMÆ, dicuntur lapides pretiosi & haud ineptè vo-
cari possent lapides pellucidi; harum insoles vitro proxi-
mâ omni ferè dote; sed illud exsuperant duritie, solidi-
tate, simplicitate, difficillimâ fusilitate ad ignem; viden-
turque sâle & terrâ, perfectissimis, tenuissimis, intimè
commixtis, conflari: ut cinis falsus igne fusus virum dat.
Gemma verò perspicua, absque admisu ullius coloris,
quam proximè vitrum imitatur.

GEMMÆ SAL, salis communis species est, in fod-
inis lapidum frangitur, specieque Crystallorum splendens
erui-

eruitur, undē Gemmeum, à gemmis ob colorem nuncupatur, dicitur alias *Sal Fossile* & hujus purior pars *Sal Gemmæ*. In variis Germaniae locis reperitur. B. *Steen-zout*. G. Stein-saltz. Gall. *Sel Gemme*. A. *Sal Gem*.

GEMMA, in vite idem est quod *oculus*, quia veluti ocellus quidam conspicuus, aut Gemma quedam excellens conspiciri possit, cum primum è vite prodit, aut faremento. Hæc ineunte vere sese ostendit, & ab ea primum flos, deinde fructus prodit tam in ipsis vitibus, quam arboribus: surculi est compendium, in quo futuri senii partes latitant, iisdem, quibus rami componuntur, integratur partibus, originem suam debet nodo, qui tractu temporis in gemmam transit. B. *Een botte / een gewas*. G. Ein ræbaug, beer-kopff. Gall. *Un Bourgeon, Bouton*. A. A. Joung Budde.

GEMURSA, est morbi species inter pedis digitos, quæ ita olim Antiquis dicebatur.

GENA, MALA, Gr. Μῆλον, Φαγεῖα, Κύκλος Hippocrati: est faciei pars à naso ad aures. Item, mentum & maxilla, quæ est superior vel inferior. B. *Wange / koon / appel van de wange*. G. Die wangen. Gall. *La Jouë*. A. Thee cheeke.

GENERATIO, est actio corporea, quâ Vir junctus mulieri, illi communicat aliquid corporei, ex quo postea nascitur, & prodit corpus humanum, illud autem quod vir communicat est semen, quod fit secundum; si à femina prolifera acceptum, ejus ope aptum est transire in corpus humanum: Illud igitur semen à Viro ejetum in utero muliebris, ingressum Tubas Fallopianas, ovulo ex materno ovario abrupto communicatum, causa est cur nascatur postea Fætus. B. *Voozt-teling*. G. Zeugen, gebären. Gall. *Generation*. A. Ingendring, generation.

GENICULATA, est planta amæni aspectus; sic dicta ob plurimos nodos, quasi genua.

GENICULI, sive **GENICULA**, sunt nodi, qui, in herbis, aut leguminibus, aut etiam suffruticibus apparent. Sic Geniculatae radices nominantur, quæ nodis quibusdam interstinctæ protuberant, rotundæ & leviter capitulatae Gr. *Γίννη*. B. *Knoop*. G. Ein knotgen, kraut stengel. Gall. *Noeuds, qui se trouvent aux tiges ou aux racines des herbes, & aux tuyaux de bled*. A. The Knot.

GENIOGLOSSUM, sive **MESOGLOSSUM**, est pars muscularum ab interna parte menti carnoſo principio ortum, dilatatum progrediens radici linguae inferitur, & linguam versus anteriora trahit, à *pīrūs* mentum, & *γλῶσσα* lingua. B. *Des king tong-spieren.* G. Der kinnen zungbeins-mausz. Gall. & A. Genio-glossē.

GENIOHYOIDES, sunt musculi à menti interna & humiliore fede sub Genioglossis orti, ad basin ossis hyoidis extensi terminantur: ex *pīrūs* mentum, *γλῶσσα* os hyoides, & *idem* forma. B. *Des king tongbeens-spieren.* G. Der kinnen zungbeinsmausz. Gall. *Les Genio Hyoidiens.* A. Geniohyoide.

GENISTA, **GENESTA**, vel **GENESTRA**, est frutex, qui crescit ad altitudinem sex vel septem pedum, cuius rami juncum referunt, rotundi, virides: folia sunt oblonga, acuta, alterno, aut verticillato ordine disposita: flores papilionacei, leguminosi, flavi, visui grati, faporis dulcis: his succedunt siliquæ planæ in duas partes dehiscentes, fætæ seminibus reniformibus, compressis, rubicundis, splendentibus, faporis ex dulci amaricantis naufragi & ingrati: dum annosla sunt farinacei; crescit in regionibus calidis, ut in Gallia, & Hispania; variae dantur genistæ species. Dici putant quod genu modo flexilis ad nexus sit: vel ut aliis placet, quia genubus medeatur dolentibus; dicitur etiam spartium Græcè *απαρτί* à *αρσίζει* femino, quia sponte, feminatur. B. *Brem.* G. Gent, genster, pfriemen-kraut. Gall. *Genét d'Espagne.* A. Broom.

GENISTELLA, est quasi minor Genista, idèque ejus diminutivum. Gall. *Spargelle.*

GENSING, est herbae Sinicæ *Gensing* dictæ radix digito longa, tenuior minimo digito, formâ rapae siccatae, bifida, in extremitatibus filamentosa, flavescens, faporis subdulcis ex amaro: est pretiosissima, & à Sinensibus pro Panacea habetur; vocatur quoque *Nifin*, & *Ninsin*.

GENTIANA, est planta, quæ habet plures caules rectos, firmos, duos vel tres pedes altos: folia Hellebori albi, vel Plantaginis, nervosa, polita, coloris ex viridi pallescentis, quædam immediatè ex radice erumpunt, alia ex nodis caulium, bina conjugata: flos est monopetalus, campaniformis, vel patens vel tubulatus, & multifidus; pistillum fit fructus membranaceus ovato acuminatus, bival-

valvis unicapsularis, ubi insunt semina marginata & rotunda, coloris rubicundi : radix est crassa, longa, foris fusca, intus ex flavo rufescens, saporis intense amari, odoris nullius, crescit haec planta praesertim in montibus. primum inventa videtur à Gentio Illyriorum seu Slavoniae Rege, à quo etiam cognomentum habuit. B. **Malzberger**. G. Entzian, kreutz-wurtz, bitter wurtz. Gall. **Gentiane**. A. Gentian, Fell-worte.

GENTIANELLA, est minor quasi Gentiana, ideoque ejus diminutivum.

GENU, est articulatio femoris cum osse tibiae & surae, superius tegitur osse **Patellæ** vel **Motæ** aut **Rotulæ** dicto. Gr. **τόνη**. B. **De Knorp**. G. Das Knie. Gall. **Le Genouil**. A. The Knee.

GERANIUM, est planta, quæ habet plures caules pedem vel sesquipedem altos, nodosos, villosos, rubicundos, ramosos : folia quedam ex radice erumpunt, alia ex ramorum & caulium nodis, pediculis longis & rubicundis adhaerentia, villosa, divisa, vel instar Matricariae laciñiata, odoris pumicis, saporis adstringentis : flos rosaceus, purpureus, pentapetalus, horum petala in orbem disponuntur, ex hujus calice villoso surgit pistillum, quod deinde abit in fructum rostratum quinque striis per longitudinem incisum, quibus totidem adhaerescunt capsulae, in longam caudam desinentes, per maturitatem à bafi ad apicem extorsum se resolventes, & semine fætæ ut plurimum oblongo : radix exigua, coloris subflavi. Crescit haec planta in locis umbrosis, petrosis, desertis : Latinis Rostrum Gruinum, à similitudine feminis rostriformis. **Riegen**, & enim grus est; in ejus quippe vertice fastigia con-surgunt instantia, capitulis gruum cum rostellis similia, in quibus semen concluditur : dicitur etiam haec planta veteribus Rupertiana, vel Ruberta, ob rubrum plantæ colorem & postea impropre Rupertiana & Robertiana, vocata fuit. B. **Opcvaars bek / Robbregts-skruid**. G Sichtkraut, gottes gnad, roth-lauffs kraut. Gall. **Bec de Gruë**, **Bec de Cycogne**, **Herbe Robert**. A. Cransbill, Herb Robert.

GEROCOMIA, est pars Hygiænæ, quæ senum vivendi rationem prescribit, ex *γέρων* ienex, & *κομία* curam gero.

GERSA, ferè idem ac Fæcula; denotat alicujus radicis, ut Serpentariæ, Ari &c. polleni.

GESTATIO, dicitur illud tempus, quod fetus in utero materno moratur. B. **De dragt.** G. Das tragen, tragr. Gall. *Großesse*. A. Bearing.

GIBBUS, est is, cui eminent dorsum. B. **Gebogchelt.** G. Ein hocker, buckel. Gall. *Bosse, ou qui porte une Bosse*. A. A buuch of the back.

GILLA & GRILLUS, est sal vitrioli emeticum. Qui-dam sumunt pro vitriolo sponte suâ in liquorem soluto, alii pro sale armoniaco liquato. *Gilla* est vox Arabica significans *Sal*.

GINGIBRACHIUM, est scorbutus, non tantum gingivas invadens, sed & brachia, comp. ex gingiva & brachium.

GINGIDIUM, est herba quædam Syriaca, quæ quoque alibi succrescit: cuius Etymologia adhuc me latet.

GINGIPEDUM, est scorbuti symptoma gingivas non tantum depascens verum & ipsos pedes. Derivatur à gingiva & pes.

GINGIVA, Gr. *οὐλος*, & *εὐλος*, est caro dura variis lamellis sibi impositis conflata, quæ omnes sunt mera vasculorum sanguineorum reticula, quibus nonnullæ glandulæ interjacent; dentes instar valli cingens, iisque plurima vasâ communicat; & in edentulis nonnihil etiam ad ciborum contritionem facit; quâ vel exesa, relaxata vel nimis exsiccata, dentes vacillant vel excidunt. B. **Hettant-bleesch.** G. Das zahn-fleisch. Gall. *La Gengive*. A. The gumms. In edentulis, uti infantibus & senibus, dicuntur. B. *Gagels* & *Hevels*.

GINGLYmus, seu **CARDINOFORMIS**, est coniunctio ossium cum motu manifesto, quâ unius ossis caput, in sinum alterius reconditur, vicissimque hujus caput in illius cavitatem excipitur, à *γνήλημα* per ginglymum jungo. B. **t' Damen inboeging.** G. Zusammen füegung. Gall. *Ginglyme*, ou articulation en forme de Charnieres ou de Gonds. A. A Joyning together.

GLACIALIS HUMOR, vide *Humor Oculi*.

GLADIOLUS, est planta Iridi bulbosæ satis similis; habetque folia longa, angusta, acuta, dura, fortia, stria-ta, gladium figura referentia, caulem undique ambientia, & quasi in vagina includentia: caulis duos vel tres pedes altus est, rotundus, aliquantulum nodosus, colo-ris

ris ad purpureum accendentis; calix bifolius, binis foliis vaginalibus ovarium & ei impositum tubum floris sustinet: flos monopetalus, liliaceus, in exortu infundibuliformis, supra verò ampliatus, & in sex magna segmenta fistulas, quorum tria superiora, majora, latiora, plus erecta, tria inferiora, longiora, angustiora, deorsum quasi pendula, ita ut flos quasi bilabiatus appareat, habens tria stamna enata ex pariete interno tubi floris, & intidens apici ovarii: ovarium sit fructus oblongus, trilocularis, fetus seminibus rubicundis, subrotundis, caliptra involutis, habetque tubam ortam ex centro apicis ovarii, & instructam tribus cimbris cavis pro apiculis suis: radix carnosa, tuberosa, gemina, altera, alteri incumbens: haec planta crescit in pratis. Gr. ζιφον αζ. φον gladius: est planta cujus folia gladium minorem referunt. B. Zwaardenhond. G. Schwertel. Gall. Glais, Glayeul. A. Swordgraff.

G L A N D U L A, est corpusculum parvum, conitans duabus membranulis infinitas arterias, venas, nervos, Lymphatica habentibus, haec membranae formant intus aliquod cavum, in quo terminantur quam plurima vaevula, & suum succum effundunt, miscent; ex hoc cavo hic flacus per lymphatica fertur in alias glandulas, denique in cisternam chyli; vel per emissarium in commune cavum deponitur, dividuntur omnes glandulae in *Conglobatas* & *Conglomeratas*, quas vide suo loco. Est etiam morbi species, quae glandula dicitur, ut sunt strumæ, scrophulæ, Bronchocele &c. Gr. Αδν. B. Klier. G. Schlier, trufel, drufen. Gall. Glande. A. Idem.

G L A N D U L A G U I D O N I S, est tumor glandi similis, molis, solus, mobilis, sine radicibus, & à circumjectis partibus, separatus: maximè in emunctoriis & juncturis proveniens. Avicenna glandula videtur esse *Ganglion*.

G L A N D U L A P I N E A L I S, vide *Conarium*.

G L A N D U L A P I T U T A R I A, est corpusculum in sella equina ossis sphenoidis confitum, reti mirabili investitum; superius ab infundibulo & fortè ex reti mirabili humorem serofum suscipit, quem in venas jugulares, vel vasa lymphatica amandat. B. Alpm-klier. G. Schleim-druefen. Gall. Glande Pituitaire. A. The snivel glandule.

G L A N D U L O S U M C O R P U S, idem quod *Prostata*.

G L A N S, idem quod *Balanus* & *Suppostorium*.

GLASTEA BILIS, vide *Bilis*.

GLASTUM, Gr. *γλάστης*, est nomen incertæ originis, quamvis nomnulli à gelu deducere conantur: quia forte exinde vitrum fit, quod ignis ope in glaciem quasi congelascit; forte à nostro idiomate *Glas*, vel Anglorum *Glaſſe* denominari videtur. *Glastum* in veteri Gallorum lingua olim dicebatur, nunc *Guadum*. Hujus maximus proventus habetur in Umbria circa Noceram, ubi oppidum est *Guadum* ita appellatum. B. *Weede*, *wouw*. G. *Weydt*, *Pastel*. Gall. *Pastel*. A. Idem.

GLAUCEO, idem quod *Glaucoma*.

GLAUCIUM, est planta, quæ habet folia ex radice erumpentia, longa, ampla, carnosa, crassâ, villosa, verbasci similia, profundè incisa, dentata, & quasi crispata, repentina, hyeme semper viridia, caulibus crassis adhaerentia: Caulis secundo tantum anno erumpit. fortis, durus, nodosius, non villosus, in multos ramos divisus, ex nodis suis folia minora & minus incisa, quam inferius, germinans: calix bifolius & caducus: flores rotacei, tetrapetalii, coloris lutei: floris pistillum abit in tiliquam oblongam, exiguum & asperam, bicapsularem, quæ habet valvas septo medio adhaerentes, fætam feminibus ut plurimum subrotundis, & nigris; radix longa, digitum crassa, nigricans; tota planta habet succum luteum, odoris ingratii, saporis amari: crescit in locis maritimis: occurunt & hujus species fructu unicapsulari quidem sed quadrifariam dehiscente: derivant à γλαυκός, cæsius, vel glaucus, sed quare, me latet; illud nomen variis imponitur plantis, an non forte quia folia hujus plantæ colorem viridem marinum habent: vocatur etiam papaver corniculatum, quia est species papaveris siliquas habens initia cornu. Gall. *Pavot cornu*.

GLAUCOMA, est oculi vitium, sive transmutatio crystallini humoris in glaucum, à γλαυκός, cæsius. B. *Grauw-oogig*. G. *Grawblaw*. Gall. *Glaucone*. A. *Gray of Colour*.

GLAUCOSIS, idem quod *Glaucoma*.

GLAUX, est parva planta, quæ habet caules tenues, humiles, repentes; folia sunt Herniariae æmula, & opposita, minuta, & succulenta: flos exiguus, monopetalus, campaniformis, costa adnascentis ad formam alæ: huic deinde succedit fructus seu capsula membranosa, ut plurimum glo-

globoſa, apice dehifcens, ac ſeminibus fæta exiguis, rubicundis, placentæ affixis; radix fibroſa: hæc planta crefcit circa loca maritima. Eſt herba lactiſera, derivari videtur à γάλα lac: hinc & γάλα & γάλαζ, & contrahendo γάλαζ. Gall. *Herbe aux lait.*

GLENÆ, idem quod *Pupilla*. Item cavitas oſſis, quæ aliaſ os in ſinum ſuum recipit.

GLENOIDES, ſunt due cavitates, in inferiore parte vertebræ primæ colli, ex γάλη pupilla, & ἡδο forma.

GLOBULARIA, eſt planta, quæ habet caulem pedem circiter altum, rotundum, ſtriatum, rubicundum, folia ad Bellidis formâ fatiſ proximum accedunt, ſed ſunt magis dura, nervoſa, faporis amari: flores florulofi, plurimiſ ſcilicet floſculi conſtantēs unilabiatis, multilabiatiſ, & calice proprio comprehenſis; ē quorum fundo ſurgit piftillum, floſculi parti inferiori ad inſtar clavi infixum, quod deinde abit in ſemen, in capsula, quæ floſculi calix fuit, reconditum: capsulae autem illæ inſident placentæ, quæ meditullium occupat calicis communis: radix eſt lignoſa, dura, foris rubra, intus alba, fibroſa: eſt Scabiosa species floribus cœruleis, ſic vocata à florū glomerulis globiſve. Gall. *Globulaire*.

GLOBULUS NASI, eſt nasi inferior pars cartilaginea & mobilis. B. t Spits der neus. G. Das runde Spitzlein an der næſe. Gall. *Le bout du Nez.*

GLOBULUS, seu **Nodus**, etiam ſignificat tumorem rotundum & mobilem, & parum dolentem in labiorum parte glandulofa. B. Ein Steen knoop.

GLOSSOCOMIUM, eſt instrumentum Chirurgicum, fractis membris accommodatum, à figura areculæ mercatorum dictum, quod olim à tergo gerebatur, ex γάλον vinculi genus, & νομίζω curam gero, porto. B. Bus / Ietschzoef / banch van Hippocrates. G. Ein glossocom, ſchemel von Hippocrates. Gall. *Glossocome*. A. Glosſōcone.

GLOSSOPETRA, eſt lapis ut plurimū triangularis, ē baſi crassiore & ſcabra in conum acutum & planum deſinens, reliquo toto corpore lævis, & quaſi corneus, ſep̄e minutis quibusdam dentibus ad latera crenatus, coloris cæſii, albi, lutei, roſei, cerulei, in variis mineris Angliæ, Lunenburgiæ, Melite reperiundus, diversæ magnitudinis; creditur quod sit Lingua ſerpentum per-

facta ob morsum *Pauli Apostoli*; alii tempore diluvii multas animalium partes, sic & has terra submersas, tempore petrefactas opinantur. B. *Serpents-tongen.* Gall. *Languue de Serpent.*

GLOTTIS, est Laringis rimula, quæ ab Epiglottide tegitur, à γλωττα lingua.

GLUMA, est folliculus grani, quod in spica continetur, vel grani theca.

GLYCYPICRUM, est **DULCAMARA**, ex γλυκιν dulce & πικρι amarum.

GLYCYRRHIZA, est planta, quæ plures caules diffinit tres vel quatuor pedes altos: folia sunt oblonga, viscosa, viridia, splendentia, in alas disposita instar Fraxini vel Acaciae, bina conjugata ad costam in folium impar desinentem, saporis acerbi, subacidi: flores sunt leguminosi, purpurei: flori succedit siliqua unicapsularis, brevis, compressa, fæta seminibus reniformibus: radix oblonga, farmentosa, in multis ramos repentes divisa, digitæ crassitie, externe coloris grisei aut rubicundi, interne flavi, saporis subacris mellei dulcissimi, tenuis odoris mellei: haec planta crescit in regionibus calidis, præferunt in silvis, & in locis arenosis, optima ex insulis canariensis adfertur, quæ pugni crassitatem adæquat, est dulcis radix, ex γλυκιν dulce & οξει radix. Nomen tum apud Græcos, tum etiam Latinos à dulcedine, quâ radix ejus prædicta est, invenisse notius est, quam dici debeat. *Scythica* etiam nominatur *radix*, quod in Scythia circa Maeotim paludem plurimum proveniat. Sunt etiam qui ἄριν vocant, quod sitim retenta in ore arceat. Officinis *Liquiritia* dicitur, forte quia salivam liquidam servat. B. *Toet-hout / Kaliſſi-hout* / quia Caleto huc adfertur. G. Sueſz-holtz, Sueſz-wurtzel. Gall. *Reglijſſe*. A. Liquorish.

GLUTEN, Gr. κόλλα, est humor *Avicennæ* fecundarius dictus; & dicitur, cum roridus ille humor partibus unitur & agglutinatur. Erant quatuor, *Humor innominatus*, *Ros*, *Gluten*, & *Cambium*, verum illa nomina nunc temporis evanuerunt. Liquor glutinosus reperitur inter juncturas, qui & *Synovia* dicitur. B. *Lym-fap.* G. Leim-kleister, pappen. Gall. *Colle*, *Glu.* A. Glue, Paste, Lime.

GLUTÆI, sunt musculi sex quibus nates moventur; in utroque latere tres, locati in cavitate ossis Ilii, concurru-

su

su suarum fibrarum quasi unum faciunt cum triplici cava,
quæ terminatur in & circa trochanterem majorem à
γλετοῖς nates. B. *Die aars-spieren*. G. Der Arschmaus.
Gall. *Muscles de la Fesse*, ou *Fessiers*. A. The Buttocks
Muscles.

GLUTIA, sunt prominentiae duæ cerebri, nates di-
cta, à γλετοῖς nates.

GLUTOS, est natis, clunis. Item Trochanter sive ro-
tator ossis femoris major, fortè quia natum musculi ei in-
feruntur. B. *Die bil.* Der arsch. Gall. *Les Fesses*. A. But-
tock.

GNAPHALIUM, est planta, quæ habet plures caules
ad altitudinem circiter pedis, satis crassos, lanagine albâ
obductos, habentes folia multa, oblonga, versus extre-
ma obrotunda, divulsa apparent flocculi lanuginosi : fio-
res in summitate caulium nascuntur, superius stellæ ad
instar divisi, calice squamuloso & villoso comprehendun-
tur, flori succedunt parvi fructus albi, semen recurvum
continentes, & speciem pilei acuti feminis caput obti-
gentis, habentes : radix lignosa, oblonga, crassa, nigra,
aliquantulum fibrosa, odoris aromatici, stachadis æmula,
& saporis subfalsi. Dicitur & *Καφάλιον*, à καφάλω, seu
γλεττω carmino. Vocabatur etiam *Centunculus*, quod cen-
tonibus cum tomento maxima sit cognatio : hinc *Centun-
cularis Herba* & *Cotonaria* à calore & mollitie. Gall. *Pied
de Chat*.

GNIDIA GRANA, sunt Thymelææ vel Laureolæ
baccæ rotundæ, pisi magnitudine, rubræ, sub tenui pel-
licula includentes nucleus cannabis semini similem, me-
dulla candida plenum, saporis acerrimi & urentissimi :
estque purgans vehementissimum.

GOMPHIASIS, vel potius *Agomphiasis*, est morbus
dentium, præsertim molarium, quando nempe vacillant:
Gomphosi enim loculis ossium utriusque maxillæ inferun-
tur, à γυρφώ clavum impingo. B. *Lössigheid der Zähne*.
G. Das wackeln der zähnen. Gall. *Relachement de dents*.
A. Wagging of the teeths.

GOMPHOMA, idem quod *Gomphosis*.

GOMPHOS, est, quando oculi pupilla, pelliculas uveæ
excedens clavum refert. Item ossium conjunctio clavo-
rum instar, à γυρφώ clavum impingo.

GOMPHOSIS, sive conclavatio est, quando os ossi infigitur instar clavi, uti dentes maxillæ à *γονφε* clavum impingo. B. **Invoeging / inschieting.** G. Zusammenfuegung. Gall. *Gomphose*; *articulation immobile qui se fait en maniere de Clou ou de Cheville.* A. A Joyning one into another.

GONAGRA, est arthritis genua occupans, ex *γόνη* genu & *γένευ* venor. B. **Knie-uebel.** G. Knie-uebel, knei-zipperlein. Gall. *Goute au genouil.* A. The gout in the knee.

GONGRONA, Gr. *Γογλόνη*, est omnis tumor nervosis partibus adveniens, cum duritie & rotunditate. Sic & in specie *Bronchocele* nominatur.

GONGYLE seu **STRONGYLE**, dicitur rapæ radix, ob formam rotundam. *Στρογγύλης* enim, seu *γογλων* est rotundus.

GONORRHOEA, est fluor involuntarius liquidi purulentii & fodiendi ex membra virilis urethra, cum dolore & ardore Urinæ, penis tentigine, ortus ab impuro coitu: fluidum quod exit, sèpè crasfescit, flavescit, viridescit, & tum dicitur Virulenta gonorrhœa, ex *γόνη* genitura, & *ῥέω* fluo. B. **Zaad-loop / een druijpert.** G. Samenfluss, das fliesen des samens. Gall. *Chaudepisse*, Gonorrhœa. A. Effusion of seed, Lusitan Scantamento.

GONORRHÆA CHORDATA, est, quando unâ cum gonorrhœa, urethra arcus instar tenditur, & ad inferiora cum dolore flectitur. B. **Spanning in de schagt.** G. Spannung des schwantz. Gall. *Gonorrhœe Cordæ.* A. Extending of the yard.

GOSSIPPIUM, seu **GOSSEPIUM**, Gr. *ζύλος* & *γοσπίων*. Ægyptii vocant *Gotne Msegiar*, an ab Ægypto *Gotne*, *Gottipium* & deinde *Gossepium* dicta hæc planta sit? B. **Boomwol / hattoen.** G. Baum-wollen, bomesin. Gall. *Cotton.* A. Cotton-tree. Bombace.

GRACILIS MUSCULUS, seu *Rectus inferior*, est Tibiaæ musculus, oritur ex commissura ossis pubis, in tibiann inseritur, circa epiphysin superiorem. B. **De smalle scheen-spier.** G. Der duenne scheinbein-mausz. Gall. *Muscle grele.* A. The small. Muscle of the shin.

GRADUS, olim dicebatur de calore, frigore, siccitate & humiditate Medicamentorum; constituebant enim quatuor

tuor gradus, pro numero Elementorum Peripateticorum; illi gradus adhuc sua extrema habebant, ut in initio, vel siue tertii aut quarti gradus. Chymici alios constituant gradus, nempe circa calorem & regimen ignis, inter destillandum, digerendum &c. Sunt & qui alios tradiderunt, sed nugamenta sunt. Gr. Τάξις. B. Een Graad. G. Ein grad. Gall. Degrez. A. Degree.

G R A M E N, dicitur à gradiendo, quod geniculatis intermodiis mirifice serpat, vel à gignendi fecunditate, quod crebro ab iis novas spargat radices. Gr. Ήμέα & Αργεντίνος, quia in ἀργεῖον nascitur. B. Gras. G. Gras. Gall. Herbe. A. Graff.

G R A M E N C A N I N U M, pertinet ad plantas flore apetalo, cuius pistillum abit in semen subrotundum, vel oblongum parum, admodum farinaceum, calice obvolutum: radix tenuis admodum, longa, geniculata, alba, saporis subdulcis cum aliquali in recessu acrimonia, odoris nullius. Caninum vocatur, quod à canibus quæsita sedulò, ubi ægrotant, indè vomant & currentur. B. Pont-gras. Gall. Dent de Chien.

G R A M M A, idem quod *Scrupulus*.

G R A N A P A R A D I S I, vide *Cardamomum*.

G R A N A T U M, dicitur forte ab Hispaniae regione Granata, quod in ea copiosè proveniat, vel ex eo, quia plurima intus grana contineat, ergo à Granis ei nomen impositum. B. Granata t' appel. G. Granat-apfelf. Gall. Grenade. A. Pomè Granate.

G R A N A T U S, est gemma pellucida, ex flavedine rubens, ignis instar, minique nativi vel factitii colorem ferrè referens. Sunt diversa genera gemmarum que colorem ignis æmulantur, adeoque sub carbunculis (quæ nomine à carbonibus sumpto gemmas illas in genere vocant) comprehenduntur, uti *Granatus*, *Hyacinthus*, *Rubinus* &c. hinc sunt qui Granatum faciunt Rubinum obscuriore colore, expositus enim luci aut soli, carbonis imaginem ostendit dilucidiū, quam ip'sem Rubinus. Sunt Granati alii (vel aliae) orientales, alii occidentales. Orientales, ut meliores ita & pretiosiores, proindè provinciam officinalem solis Occidentalibus linquunt. Hi sunt tunc Hispani, tum Bohemici, tum Sileiaci, è quibus Bohemici reliquos antecellunt. B. Granata. G. Granat. Gall. Grenat. A. Granate.

GRANDINOSUM Os, idem quod *Cuboides*.
GRANDO, vide *Chalasa*.

GRANULATIO, est Metallum ad ignem fusum, seu liquatum, in frigidam per scopas, vel aliud vas perforatum, pederentim effundere, in qua tunc sit granorum ad instar, videlicet eum in finem, ut ad solvendum sit aptius; et que nihil aliud, quam metalli alicujus fusi in grana reductio.

GRANUM, Gr. *ειρέγιος*, minimum pondus est quo utimur. Ejus loco sumuntur aliquando grana piperis albi, viginti scrupulum constituant. In nativis semina sonat minutiora, five rotunda ea sint, five alijs alicujus figuræ, uti hordei, tritici, piperis &c. B. *Ein grain*. G. Ein korn, ein gran. Gall. *Un grain, graine*. A. A. graine.

GRAPHOIDES, est procelius styliformis, circa cranii basin ad posteriora vergens, ex *γεαφη*; stylus. & *πλο* forma. *Graphoides* etiam dicitur ille musculus *Digastricus* dictus: Vide tuo loco. Gall. *L'Apophyse stylide*.

GRATIA DEI, Emplatri quædam species est, ex cera, resina, sevo, terebinthina, mastiche, olibano & aliquando aerugine. Sic fortè nominatur ob præstantissimas vires. B. *Guds gunste / groenwachsch*. G. Gruen wachs. Gall. *Le beaume verd*. A. Green wax.

GRATIOLA, & **GRATIA DEI**, species est digitatis, vel planta, quæ habet plures caules unum circiter pedem altos folia sunt oblonga, angusta, instar fere *Hyssopi*, in margine striata, sibi invicem opposita juxta caulinum longitudinem: flos est monopetalus, anomalus, tubulatus, utrinque patens, & quasi bilabiatus, ex cuius calice surgit pistillum, posticæ floris parti, ad instar clavi infixum, quod deinde abit in fructum seu testam è rotundo acuminatam, bifariam dehiscentem, in duo locula menta, divisa, & seminibus fætam ut plurimum exiguis: forte sic vocatur, quod qui ejus plantæ succum sumunt, (vomitum enim concitat) fæsa quasi morti expellant. B. *Guds genade*. G. Wilder aurin. Gall. *Gratiola, herbe à pauvre homme*. A. Hedge Hyssop.

GRAVEDO, idem quod *Coryza*.

GRILLUS, vide *Grilla*.

GROSSI, appellantur fici, quæ non maturescunt, privatum tamen in bifera fico eas intelligent, quæ per mes-

fes maturantur. Hos grossulos Gracci vocant *grossula*.

GROSSULARIA, est frutex quinque vel sex pedes altus, valde ramosus undique spinas fortes, & acutas habens : cortex est purpureus : lignum est pallidum : fructa parva, obrotunda, aliquantum incisa, viridia, villofa, saporis acidiusculi; flores rosacei, pulchri, parvi, quinque petalis in orbem positis conflantes, in incisuris calicis monophylli & pelvi formis nascentibus : hujus autem posterior pars abit deinde in baccam vel fructum rotundum, carnosum, hirsutum, striatum, ante maturitatem viridem, succum acidum & austерum continentem, post maturitatem subflavum saporis dulcis & vinosi; seminibus factum exiguis : dicitur & *Uva Crispa*, uva spina, nomen hoc habet ab intortis & veluti crispis foliis, & acinis five baccis quas producit & videtur diminutivum à grossus, ficus immatura, quia inter se similitudinem quandam habent. B. *Stekelbesien / kruingdoorn*: *krues-besien*. G. Kreuz-beer, Johannis-beer. Gall. *Grafelier ou groseilles*. A. Goos berrie.

GROSSUS, sucus immatura, Gr. *grossus*, putant derivari à voce crassus ; mutata enim priori syllabâ, mutatur in *Grossus*.

GRUMUS, est rei liquidæ in unam massam concretæ, & coagulatæ frustum ; vulgo dicitur de sanguinis vel latris concreto : *Trombus* quoque dicitur. Grumosa dicitur radix, quæ multis constat tuberculis vel nodis fibi invicem adhærentibus, quæ varias fortiuntur formas. & magnitudines, ut in *Chelidonio minori*, ranunculo hortensi, aliisque plantis observare est.

GRUS, instrumentum Chirurgicum est, five forceps, à figura rostri gravis sic dicta. B. *Een kraan-beek*. G. Ein kranichs-schnabel. Gall. *Bec de grue*. A. A Cranes bill.

GRYPHUS, species est forcipis apud Chirurgos. B. *Een gierenbeek*. G. Ein greifen-schnabel. Gall. *Bec de griffon*. A. The gryppel bill.

GUAJACUM, five *Lignum Sanctum*, arbor est exotica, in America crescens, proceræ, quæ ex India occidentali ad nos transportatur. Sunt & varie species. Lignum est ponderosum, solidum, resinosum, nigricans, variegatum venulis; acris saporis : cortex est extulis cinereus, intus pallidus. Lignum, cortex & resina in usu sunt, præser.

fertim in iue venerea : Sudorem enim prolicit. B. *Pock-hout.* G. Frantzosen-holtz, heilig-holtz. Gall. *Gaujac, Bois saint.* A. Holly-wood, Pock-wood.

GULA, idem quod *Pharynx*.

GUMMA GALICUM, est ossis quedam excisio seu erofio, in iue venerea aliisque morbis.

GUMMI, liquor est concretus, ex arboribus aut herbis destillans, in aqua solubilis, non inflammabilis, alioquin est *resina*. B. *Gom*. G. Gummi. Gall. *Gomme*. A. Gum.

GURGULIO, idem quod *Cion*.

GUSTUS, est sensus quo ex motu nervi gustatorii linguae & palato inferi, anima sapores percipit. B. *De smaah*. G. Der geschmack. Gall. *Le goust*. A. The sense of Tasting.

GUTTA GAMANDRA, idem quod *Gutta Gamba*, gummi est, quod ante annos quinquaginta primum cepit ex China adserri, sed etiam ex Siamo venit. Est succus concretus sive gummi (ut mihi retulerunt) alicujus arboris excelsae, sed cuius propriè tamen sit ignoramus : Adseritur nobis ex India orientali : Purgat *āw rai nōtō*. Græcis & Arabibus incognitum fuit. Color est instar mali ferè auriaci, ex rubro flavescens, sed si lingua madida contrectetur, flavescit. Sæpè in cannis ad nos vehitur. Sapor ferè insipidus, qui postea acrimoniam relinquit. Vocatur & *Gutta Gamandra*, *Gummi Gotta*, *Gutta Germana*, *Gutta gauma*, vel *Gemu*, *Gummi Peruvianum* sive *de Peru*, *de Jemu*, *de Gamandra*; aliis *Succus Cambici* vel *Cambrici*. Gall. *Gomme guite ou Gutte gomme*.

GUTTALIS CARTILAGO, idem quod *Arytanoides*.

GUTTA ROSACEA, est rubedo maculosa, seu potius rubor cum tuberculis, quibus malæ, nasus & facies defædatur, ac si guttis roseis conspersa esset: sumunt ista tubercula interdum incrementum, undè facies inæqualis & horrida evadit, & nasus valde augetur. B. *Wooze-drup/ Wwpnpuisten*. G. Wein-blattern, roth-tropf, ein roth finnicht und kupferignt angelicht, voller rothen bocken. Gall. *Pustule de Vin*. A. A redness of the face with pimples.

GUTTA SERENA, idem quod *Amaurosis*.

GUTTUR, idem quod *Larynx*.

GUTTURIS OS, idem quod *Hyoides Os*.

GUTTURNIFORMIS CARTILAGO, idem quod *Arytanoides*. GYM.

GYMNASTICA seu **EUECTICA MEDICINA**, est pars Medicinae, quæ tractat de conservanda sanitate, si-
ve *hygiēnā*, ubi agitur de exercitiis modicis, à *gymnastice*
exerceo.

GYNÆCIA, Gr. *γυναικεία*, in genere affectus mulie-
rum denotat, sed strictius apud Hippocratem sumitur pro
mulierum menstruis; item pro lochiis habentur puerperii
tempore. Dicuntur & *Eμμηνία* & *Kαταύγια*, sive *Men-
strua*, à *γυναικί* fæminam ago. Vide *Menstrua*.

GYNÆCOMASTUM, est mammarum nimium incre-
mentum, ex *γυν* mulier, & *μαστός* mamma, à *μαστόν* que-
ro, quia infantes lactis gratiâ mammas querunt.

GYNÆCOMYSTAX, est Barbula pilosa in superiore
pudendi muliebris parte; ex hac quidam de temperamen-
to uteri & testiculorum judicium ferunt, ex *γυναικί* fæmi-
na, & *μύσταξ* barba.

GYPSUM, est lapis albi coloris, qui tritus, coctus
que, cum aqua mistus statim concrescit in albam lapi-
deam substantiam, hinc in haemorragis validis est summi
usus: effoditur in magna copia in Galliis, paratur tamen
ex aliis lapidibus, uti ex *Alabastro*, *Spaa*, *glacie marie*
&c. B. *Pleyster*. Gall. *Du Plaſtre*.

H.

HABENA, Gr. *τελαιπών*, est vinculi Chirurgici spe-
cies, quo vulnerum labia contrahuntur & suturæ
vices sustinet. B. *Een bind-tuig/ tuigel-tuig*. G. *Zaum-
binde*. Gall. *Bride*. A. *A Bridle*.

HABITUS, idem quod *Hexitus*.

HÆMALOPS, oculus est cruentus, ex casu, aut alias
excitatus, ex *αιμα* sanguis, & *ψυχή* oculus. B. *Een bla-
dig oog*. G. *Ein blutig aug*. Gall. *l'Oeil Sanguinolent*. A.
Blurry eye.

HÆMATITES, est lapidis quædam species obscurè
rubescens. Fractus, instar ligni petrefacti libras oblongas
habet, & in modum acuum acutas. Reperitur nonnun-
quam inter ferri fodinas, rubricamque æmulatur, ex Bo-
hemia propè Uratslaviam adfertur; aliquando ex ostra-
cite nascitur, uti propè Ascalingium, sive Hildesium con-
tingit, ad ferri indolem accedit; durus est & æqualis,
absque